



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Replica Ioan. Eckii Adversvs Scripta secunda Buceri
apostatæ super actis Ratisponæ**

Eck, Johannes

Ingolstadii, 1543

VD16 E 416

Error magistri sente[n]tiarum est tolerabilior, quam Lutherano[rum]

urn:nbn:de:hbz:466:1-30106

respondere, quia est puerilis lapsus.

10 Improbavi autorem libri, qui dicat per baptismum non

Nota hæ-
resis Buce-
ri.

reformari ad iusticiam inchoatam, quia hoc est Melanch-
thonicum: Quia puer habeat perfectam iusticiam in suo ge-
nere &c. Irascitur Bucius, quod attigi idolum suum Melanch-
thonem, & hoc rejicit de iusticia, quia puer non habeat pro-

priam inhaerentem iusticiam. Hic est novus error hæreticorum

negantium gratiam inhaerentem in anima pueri vel ho-

istificati. Cum enim in re idem sit gratia & charitas infu-

sa, quæ facit animam iustam & gratiam deo, quæ quia est

virtus Theologica à deo infusa, donum spiritus sancti, rea-

liter inhaeret animæ, quia charitas est diffusa in cordibus

nostris, ait Paulus, per spiritum sanctum &c. Nā magister

sententiarum, quia negavit charitatem creatam animæ hæ-

rentem, rejicitur: hunc tamen errorem, sicut alias hæreses nos-

tri pseudopostoli resuscitant. Et tamen multo absurdius

hoc faciunt, quàm magister, qui posuit spiritum sanctum

esse charitatem, qua formaliter diligemus deum & pro-

ximum (non me extendo quid Scotus, Ariminese et alij acu-

ti hic dicant.) Nouelli autem hæretici novum inducunt er-

rorem, iustitiam vel charitatem nostram non esse spiritum

sanctum, sed Christum ipsum, qui sit iustitia formaliter, er-

ror absurdissimus, quod Petrus dicatur iustus à iustitia, quæ sit

in alio. At quia respuunt Dialecticam, incidunt in barathrum

tantæ ignorantie. Nam iustum esse, charitatem esse, sunt deno-

minatiua, & secundum eorum abstracta habent appellatio-

nem. Ergo à iustitia formaliter quis denominatur iustus.

Hanc hæresim pluribus fucis tegere nititur infra Bucem, at

Pighius eum strangulabit. Occasionem autem erroris acceperunt

ex scripturis sacris non recte intellectis, ut omnes hæ-

retici fecerunt, Hieronymo & Augustino testibus. Cū. n.

Paulus Corinthiis inquit: Qui factus est nobis sapietia, &

iusticia, & sanctificatio nostra, ita despuerunt, ut dicerent

Christum

Roma. 9
Error ma-
gistri.

1. Cor. 1.